

In Christi nomine. Anno Domini Millesimo Precentesimo vigesimo quinto Indictionis octava die lune vigesimo
primo Januarii Terisii in contrata Sancti Pancracii in domo infrascripte Domini Martini
habitata per eum. Presentibus iusto et monte fratribus drapatoribus qui fuerunt de Florentia
et nunc morantur Terisii in dicta contrata Sancti Pancracii. Morando quaynerio de contrata
Sancti Michaelis qui fuit de Coneglano francisco ~~Strazaro~~ ~~Strazaro~~ Strazaro de dicta contrata
Sancti Michaelis. Mucio Sortore de burgo Sancti Bartholomei filio Michaelis. Jampaulo
Sancti Michaelis. Mucio Sortore de burgo Sancti Bartholomei filio Michaelis. Jampaulo
muratore filio quondam Jacobi muratoris testibus rogatis et ~~alii~~ ad hoc con-
vocatis et aliis. Cum alias gaya filia Domini Martini filii quondam
de Mediolano qui moratur Terisii in dicta contrata Sancti Pancracii laudasset
et voluisset dominicum sortorem filium Rigi theotonici in suum legitimum
virum et e converso ipse dominicus eandem gayam laudasset et amullo desponsasset
in suam uxorem legitimam utpote in instrumento ejusdem laudacionis et desponsa-
cionis scripto per nos jacobum notarium infrascriptum plenius continetur. Nunc
autem dictus dominicus et Marcus murator ejus avunculus simul cum eo contenti
confessi et concordantes fuerunt cum dicta gaya et cum dicto ejus patre domino Martino
se ab ea et ab ipso ejus patre pro ea dante et solvente, habuisse et recepisse in
dotem et nomine dotis ipsius gaye ducentas libras ~~denarios~~ inter denarios
et res mobiles extimatas. de quibus vocaverunt se fore bene solutos et expeditos,
et exceptioni non sibi date et non numerate pecunie et non datarum et
habitarum rerum apreciatorum seu extimatorum, neque future numeracionis
dacionis solucionis et tradicionis, tempore hodierni contractus pacto renunciaverunt,
facientes eidem domine gaye et dicto ejus patre finem et remissionem ~~et remissio~~
~~remissio~~ dictos denarios et res particulariter vel in totum ulterius non petendis. Pro qua quippe
dote sic habita et recepta dictus dominicus et ipse idem Marcus ejus avunculus, ante
simul ita quod uterque eorum in solidum teneatur, Renunciantes beneficio nove
constitutionis de duobus vel pluribus reis debendi, et statuti ~~legum~~ ~~legum~~ Terisii ~~legum~~ ~~legum~~
de debitorum obligacione, omnique alio juri et defensionis super hiis competentis et
competentis, fecerunt in contrarium nomine donacionis propter nuptias eidem gaye de aliis
ducentis libris denariorum parvorum super universa eorum bona tam habita quam
habenda. hoc pacto videlicet quod si contingerit

Justo alii i. nuptiato, tunc p. alii i. nuptiato.

ipsam Dominiciam sine communibus heredibus ex utroque conjugali descendentes, dilectae uxori
preuor, dicta gaza dotem suam integram debeat rehabere et propter nuptias medietatem
dicti fisco sibi debeat superlucrari. Si vero contrigerit ipsam gazam dicto suo preuori
marito sine communibus heredibus ex ipsis descendentes, tunc medietatem dilectae dotis
apud ipsam et in eam ejus maritum Dominiciam debeat remanere. Alia autem
medietas ipsius dotis in ipsam dominum. Martium ejus patrem vel ejus proximiores
propinquos debeat peruenire. De qua dote et fisco non possit citius induci vel probari
fieri solutio pactum concordia transactio compositio nec aliquid nocens dilectae gae vel
suis heredibus vel cui competeat donec hoc instrumentum penes se habuerit incorruptum,
nisi esset cum alio instrumento, confecto manu notarii bonae fidei et oppinionis, cum
testibus infer rogatis et scriptis, in concordia, prout expostulat ordo juris.